

GRATIAN. 22 A fidelitatis etiam juramento Romanus Pontifex nonnullus absolvit, cum aliquos à sua dignitate deponit. Unde

Greg. VII. III. GREGORIUS Papa 8. [an. 1080. Româ in Galliam.] Pontificalis auctoritas à juramento fidelitatis nonnullus absoluit.

Ivo, p. 5. c. ult. Alius item Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, Regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tante potestati erat inutilis, à Regno deponit: & Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrem in ejus locum substituit; omnique Francigenas à juramento fidelitatis, quod illi fecerant, absolvit. Quod etiam ex autoritate frequentè agit sancta Ecclesia, cum milites absolvit à vinculo juramenti: quod factum est his Episcopis, qui Apostolica auctoritate à Pontificali gradu deponuntur.

Corr. Rom. In manuscriptis est ut in vulgatis, Gelasius Papa Anastasio Imperatori. Cujus Gelasii esse non potest. Zacharias enim & Carolus Magnus, quorum in hoc Capite mentio fit, multo post Gelasium vixerunt. Habetur autem in Regefo Gregorii VII. lib. 8. Epist. 21. Herimanno Metensi Episcopo scripta, quam refert Ivo. In qua quidem Epistola paulò ante multa ex Epistola Gelasii Anastasio Imperatori scripta afferuntur.

IV. Item GREGORIUS VII. Romanæ Synodo præsidens dixit m. [an. 1078. Româ.] Excommunicatis vinculo fidelitatis non tenentur obnoxii.

Pann. l. 5. c. 117. Nos 3 sanctorum Prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos, qui Excommunicatis fidelitate, aut sacramento constricti sunt, Apostolica auctoritate à sacramento absolvimus: & ne eis fidelitatem observent, omnibus modis prohibemus: quousque ipsi ad satisfactionem veniant.

Corr. Rom. a Quousque, &c.] Verba hæc non sunt in codice manuscripto Vaticano.

Pit. 2. Nos.] Vigner. tom. 2. p. 751. 757. Siebert. an. 1005. 1077. Ufperg. p. 224. Scriptor vite Henrici IV.

V. Item URBANUS II. Episcopo Vapicensi. [c. an. 1090. Româ in Galliam.] Antequam reconcilientur, fidelitatem Excommunicatis nullus servare cogitur.

Pann. l. 5. c. 111. Uratos 4 milites Hugoni 5 Comiti, ne ipsi, quamdiu excommunicatus est, serviant, prohibeto. Qui si sacramenta præterderint; moneantur oportere Deo 9 magis servire, quam hominibus. Fidelitatem enim quam Christiano Principi jurarunt, Deo ejusque Sanctis adversant, & eorum præcepta calcant, nulla coherente auctoritate perolvere.

Pit. 2. Juratos.] Siebert. an. 1088. Hugoni.] al. Wigoni.

AN ABSQUE SYNODALI AUDIENTIA EPISCOPUS VALEAT SACERDOTE DAMNARE. QUÆSTIO VII.

GRATIAN. 22 ABSQUE Synodali verò audientia Sacerdotem damnari, sic prohibetur

I. IN HISPALENSIS CONCILIO II. cui Iliodorus interfuit, c. 6. [an. 619. in Hispania.] Sine Concilii examinatione Presbyter, vel Diaconus non deiciatur.

Sexta actione comperimus, Fragitanum Cordubensis Ecclesie Presbyterum injustè olim à Pontifice suo dejectum, & innocentem exilio condemnatum. Quem rursus ordini suo restituente, id denuò adversus præsumptionem nostram 8 decrevimus; ut juxta præscriptam Synodalem sententiam nullus nostrum sine Concilii examine quemlibet Presbyterum, vel Diaconum deicere audeat. Nam multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannica, non auctoritate Canonica damnant. Et sicut nonnullis gratiâ favoris subiant; ita quosdam odio, invidiâque permotus humilium: & ad levem opinionis auram condemnant; quorum crimen non approbat. Episcopus enim Sacerdotibus ac Ministris solus honorem dare potest: solus suis honorem libertatis adepti sunt, in servituti nexum non revolvuntur, nisi publice apud Prætoris, ac Præsidis tribunal in foro fuerint accusati; quò magis hi, qui Divinis altaribus consecrati honore Ecclesiastico decorantur? Qui profectò 1, nec ab uno damnari, nec uno judicante poterunt honoris sui privilegia exui: sed presentati Synodali judicio, quod 2 Canon de illis præcepit, diffiniri.

Corr. Rom. a Restituente.] Sic est emendatum ex codicibus Conciliorum impressis, & manuscriptis. Sic enim apertius declarat illum canonicè à Concilio esse restitutum, quam ex lectione Gratiani vulgata, restitutum esse comperimus.

Notitiam.] Antea legebatur, vestram. In recentioribus autem Conciliorum editionibus est, novam. Emendatum est ex antiquioribus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Lucensi Regio, quemadmodum & paulò post, nullus nostrum, cum antea esset, nullus vestram. Modestus

Corr. Rom. c. 6. [an. 619. in Hispania.]

enim & religiosi Episcopi sibi etiam metuunt. Alia verò quadam sunt ex iisdem codicibus emendata.

Pit. 1. Profectò.] V. C. pro peccato. Quod.] V. C. quid.

II. Item GREGORIUS I. Joanni Episcopo Panormitano, lib. 11. Epist. 49. [an. 605. Româ in Siciliam.] Causas Clericorum Episcopi non nisi cum senioribus Ecclesie audivit.

SI quid 9 de quocumque Clerico ad aures tuas pervenerit, quod te justè possit offendere; facili non credas: nec quid ad vindictam te res accendat incognita; sed presentibus Senioribus Ecclesie tue diligenter est veritas perferenda: & tunc, si qualitas rei popoerit, Canonica districtio culpam feriat delinquentis.

III. Item ex CONCILIO CARTHAGINENSIS I. c. 11. [an. 348. in Africa.] A quot Episcopis Presbyteri, vel Diaconi sunt audiendi.

SI quis timidus, vel contumeliosus extiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit; à tribus vicinis Episcopis, si Diaconus est 8, qui arguitur: si Presbyter, à sex: si Episcopus, à duodecim Consecratis audiat. Universi Episcopi dixerunt. Contemptus debet contumacia, & superbia in omnibus frangi. Causæ verò per personis ab his 4 statuo 5 numero audiantur.

Corr. Rom. a Carthaginensi.] Sic est emendatum ex vetustis codicibus. Nam in vulgatis erat, Agathensis I. cum unicum dumtaxat Agathense memoretur.

SI Diaconus est.] In vulgatis Conciliorum editionibus legitur, si Diaconus est, arguetur Presbyter, &c.

Pit. 3. Est qui arguitur.] V. C. arguetur. His.] Deest in V. C.

IV. Item ex CONCILIO CARTHAGINENSIS II. c. 10. [an. 390. ibid.] De eodem.

Felix Episcopus 6 Selemitanus 7 dixit. Etiam hoc ad 8 jicio 9 secundum statuta veterum Conciliorum, ut si quis Episcopus (quod non optamus 1) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare; ne in crimine remaneat; à duodecim Episcopis audiatur 2, & à sex Presbyteris 3, & à tribus Diaconis cum proprio suo Episcopo.

Corr. Rom. a Presbyter.] Sic legitur in Concilio quod est in codice Vaticanis, c. 12. & Græco, & duobus codicibus Conciliorum Vaticanis, & uno alio perantiquo, & concordat cum sequenti Capite. In editionibus autem Conciliorum Parisiensibus, ac Colonienibus habetur, & à sex Presbyteris, & tribus Diaconis, quemadmodum & in multis Gratiani manuscriptis.

Pit. 5. Selemitanus.] Deest in V. C. Adicio.] V. C. Juggero. Audiat.] V. C. audiantur à sex Episcopis. Presbyter cum proprio suo Episcopo, & à tribus Diaconis. al. cod. Presbyter cum suo proprio Episcopo & sex Episcopis. Græcè, à sex presbyteris, & tribus diaconis, & 78 ibid.

V. Item ex CONCILIO CARTHAGINENSIS III. c. 8. [an. 397. ibid.] De eodem.

SI autem 8 Presbyteri, vel Diaconi fuerint accusati; adjuncto sibi ex vicinis locis propriis 9 Episcopus 10 legitimo numero Collegarum, quos ab eodem Accusati petierint, id est, una secum in Presbyteri nomine sex 11, in Diaconi tribus, ipsorum causas discutiat 12, eadem dierum, & dilationum 13, & à communione remotionum, & discussione personarum, inter accusatores, & eos, qui accusantur, formâ servatâ. Reliquorum autem Clericorum causas etiam solus Episcopus loci agnoscat, & finiat.

Corr. Rom. a Nomine sex.] Sic in ceteris codicibus impressis, & manuscriptis, præterquam in editione Colonienâ quatuor tomorum, in qua habetur, Presbyteri nomine quinque, in Diaconi duobus.

Pit. 8. Locis propriis.] V. C. locis legitimo numero Collegarum, id est, in Presbyteri nomine quinque, & in Diaconi duobus, & Episcopi ipsorum causas discutiant.

SOLUS autem ad exclusionem aliorum Episcoporum, non suorum Clericorum dicitur, sine quorum presentia, ejus sententia erit irrita. Unde legitur

VI. IN CARTHAGINENSIS CONCILIO IV. c. 23. [an. 398. ibid.] Absque presentia Clericorum nullus causam Episcopi audiat.

EPiscopus 1 nullus causam audiat absque presentia suorum Clericorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum presentia confirmetur.

VII. Item ex CONCILIO HISPALENSIS II. c. 6. [an. 619. in Hispania.]

Nisi in Synodo canonicè vocati Sacerdotes damnari non possunt.

EPiscopus 1 Sacerdotibus, ac Ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enim hi, qui in seculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in servituti jugum non revocantur 2, nisi publice apud Prætoris, ac Præsidis tribunal in foro fuerint accusati; quò magis hi, qui Divinis altaribus consecrati, honore Ecclesiastico decorantur? Qui profectò nec ab uno damnari, nec uno judicante poterunt honoris sui privilegia exui: sed presentati Synodali judicio, quod Canon de illis præcepit, definiri.

SI SPONTE CONFESSUS, AUT AB ALIIS CONVICTUS FUERIT, QUOD ANTE ORDINATIONEM PECCAVISSET; AN SUSCEPTI ORDINIS OFFICIUM EXERUIT SIBI LICEAT.

QUÆSTIO VIII.

DE ultima verò Quæstione sic statutum est

I. IN CONCILIO NEOCÆSARIENSIS, c. 9. & 10. [an. 314. in Cappadocia.] Presbyter, qui ante Ordinationem confitetur se corporaliter lapsum, postea non offerat.

QUI admittit 1 2 corporale peccatum, & hic postea Presbyter ordinatus est; si confessus fuerit, quò ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat: maneat autem 3 4 in aliis officiis propter ejus studii utilitatem. Nam cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privati 8. Quòd si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifestè convinci; huic ipsi de se potestas est committenda. Similiter 9 & Diaconus, si in eodem culpa genere 3 fuerit involutus, sese à ministerio cohibebit 4.

Corr. Rom. a Propter ejus studii utilitatem.] Græcè est, διὰ τῆς αὐτοῦ ἐπιτηδεύσεως, id est, propter studium ac diligentiam, quam ceteroquin adhibet.

Privari.] Græcè legitur, τὸν ἐκ τῆς ἐκείνου ἀποπέμψαι, id est, manus impositionem similiti: quemadmodum ferè vertit Dionysius, cujus versionem ceteri Collectores attulerunt, hæc tamen clausula omisâ. Nam hæc versio, quam Gratianus affert, est prisca, qua est in Collectione Isidori. Ita ex his verbis longè alia elicit sententia, atque autor Glossæ putari.

Admittit.] 2. V. C. admiserit. Antem.] V. C. tamen. In eodem culpa genere.] V. C. in eadem culpa. b 77 aut 78 aueruantur.

Cohibebit.] V. C. cohibeat.

II. Item ex CONCILIO IBERDENSIS, c. 5. [an. 524. in Hispania.] Deservientes altario, si carnis fragilitate deliquerint, Episcopi arbitrio subjaceant.

HI, qui 1 altario 2 Dei deservunt, si subito in stenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente dignè penituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant; maneat in potestate Pontificis vel veraciter afflictos, non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab Ecclesie corpore segregare: ita tamen, ut sic Officiorum suorum loca recipiant; ne possint ad altiora Officia ulterius promoveri. Quòd si iteratò velut canes ad vomitum reversi fuerint, & veluti fues in volutabris luti jacuerint; non solum dignitate Officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

Pit. 5. Hi qui.] Strabus in Glossa ord. Offe 5. Arab. in Psal. 38. S. Thomas in 3. vol. summa Theolog.

III. Item ex CONCILIO TOLETANO IX. c. 10. [an. 655. ibid.] Ex Ministris Ecclesie geniti, in servitutum devocentur ejusdem.

CUM multa 1 super incontinentia 2 ordinis Clericorum hactenus emanaverint sententia Patrum, & nullatenus ipsorum reformari quiverit correctio 6 morum; usque adeò sententiam Judicantium protractare commissa culpam, ut non tantum ferretur ultio in autores scelorum, verum & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet ab Episcopo usque ad Subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constitutus filios progenerit; illi quidem, ex quibus geniti probantur, Canonica censurâ damnentur. Proles autem alienâ 7 pollutione nata, non solum hereditatem 8 7 nunquam accipiet, sed etiam in servitutum ejus Ecclesie, de cujus Sacerdotis vel Ministris ignominia nati sunt, jure perenni manebunt.

Pit. 8. Corruptio.] V. C. corruptio. Hereditatem.] V. C. hereditatem parentum.

IV. Item ex CONCILIO MARTINI PAPÆ, c. 35. [c. an. 572. ibid.] Qui confiteris se ante ordinationem peccasse, non sacrificet: convictus autem deponatur.

SI quis Presbyter 1 ante ordinationem peccaverit, & post ordinationem confessus fuerit, quò ante peccaverit;

non offerat, sed tantum pro religione nomen Presbyteri portet. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publice fuerit convictus; nec hoc ipsum habeat, ut nomen Presbyteri portet. Similiter & Diaconus observandum est; ut si ipsi confessi fuerint, ordinem Subdiaconi accipiant.

V. Item NICOLAUS I. ad consulta Bulgarorum, c. 71. [an. 866. Româ in Bulgariam.] De manu Sacerdotis, qui ab Ecclesia toleratur, licite Sacramenta sumuntur.

SIFICITANTIBUS 1 vobis, si à Sacerdote, qui sine deprehensus in adulterio, live de hoc solâ famâ resperitus est, debeatis communionem suscipere, nec ne, respondemus. Non potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, sacramenta Divina polluere; quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt: nec potest Solis radius per cloacas, & latinas transiens, aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde quoscumque Sacerdos sit; quæ sancta sunt, coinquinare non potest. Idcirco ab eo, utiquequò judicio Episcoporum reprobeatur, communio percipienda est: quoniam Mali bona administrando se tantummodo ladunt; & cetera 2 fax accensa sibi quidem tantummodo ladunt; & verò lumen in tenebris admittit: & unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præstat, alii sumite ergo intrepidè ab omni Sacerdote Christi mysteria 3: quia omnia fide 4 Christi 5 purgantur. Fides est enim, quæ hunc 6 Mundum vincit: & quia non dantis 7, sed accipientis fit, dicente Beato Hieronymo 1 8: [Ad credendum in anima omni Baptismus est perfectus: & in omni Sacerdote corpus Christi est perfectum.] Qui rursus sacre Scripturæ 9 concordans ait: [Priusquam audias, ne judicaveris quinquam:] atque ante probationem accusationis illicitæ neminem à tua communione suspendas: quia non statim, qui accusatur, reus est; sed qui convincitur, criminolus.

Corr. Rom. a Et cerea.] Antea legebatur, & cetera. Restitutum est ex originali, ex quo alia etiam sunt emendata, & addita.

Hieronymo.] Est in Epistola de septem gradibus, tom. 4. Eccl. 11.

Admittit.] 2. V. C. admiserit. Antem.] V. C. tamen. In eodem culpa genere.] V. C. in eadem culpa. b 77 aut 78 aueruantur.

Cohibebit.] V. C. cohibeat.

CAUSA XVI.

QUIDAM Abbas habebat parochialem Ecclesiam: instituit ibi Monachum, ut officium celebraret populo: possedit eam per quadraginta annos sine aliqua interpellatione: tandem querela adversus Abbatem movetur à Clericis baptismalis Ecclesie, in cujus diocesi parochiana Ecclesia illa consistebat.

I. Hic primum queritur, utrum Monachis liceat populis officia celebrare, poenitentiam dare, & baptizare.

II. Secundo, si contigerit eos Capellas habere Episcopali beneficio, an ab eis sint instituenda, an ab Episcopis.

III. Tertiò, an jura Ecclesiarum prescriptione tollantur.

IV. Quarto, si Ecclesia adversus Ecclesiam præscribat, an etiam Monasterium adversus Ecclesiam prescribere possit.

V. Quinto, an Capellam in suo territorio adificatam jure territorii sibi vindicare valeat.

VI. Sexto, si Archipresbyter, vel Episcopus sua auctoritate, non judiciaria sententiâ Capellam illam irreperit, an cadat à causa: ut Ecclesia, cui præfedit, non ultra habeat jus reposcendi, quod suus Pastor illicitè usurpavit.

VII. Septimò queritur, si Laici Capellam illam tenebant (ut quibusdam moris est) & in manibus Abbatis eam referent, & ordinandam tradiderint, an consensu Episcopi, & Clericorum Abbas possit eam tenere.

UTRUM MONACHIS LICEAT POPULIS OFFICIA CELEBRARE, POENITENTIAM DARE, ET BAPTIZARE. QUÆSTIO I.

QUOD Monachi officia populis celebrare non possint, multis auctoritatibus probatur: quarum prima est illa

I. SANCTÆ NICENÆ SYNODI, quâ dicitur. [an. 325. in Bithynia.] Monachorum conversatio ab omnibus debet esse discreta.

PLacuit 1 omnibus residentibus in sancta Nicæna Synodo, ut Monachorum conversatio, & vita secundum eymologiam nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim Græcè, Latine singularis dicitur. Unde Monachus per omnia singulariter agere oportet. Quamobrem firmiter, & insolubiler omnibus præcipimus, ut aliquis Monachus poenitentiam nemini tribuat, nisi sibi invicem, ut iustum est: mortuum non sepeliat, nisi Monachum in Monasterio secum morantem: vel si fortuito quemquam adventitium Fratrum ibi mori contingerit.

Corr. Rom. c. 1. Caput hoc neque in prima Nicæna k k iij